

- 17 *Et quia sunt occulta dei iuditia,*
semper tamen iusta,
consensu et hortatu Christi fidelium
novam dei ecclesiam condere coepi,
- 5 *in qua ad laudem et gloriam nominis domini* *nominis 16, 5*
et voti mei propositum adimplevi
et sanctae christianitati
adhibitis deo dilectis fratribus consului.
- 18 *Fundato enim novello opere* *opere 16, 3*
et designatis eo locy locorum qualitatibus,
ne occasio terrenae vagationis
esset dilatio incoepti operis —
- 5 *gloria tibi Christe! —*
tactus febris incommodo
egrotare coepi, quinquennio,
- 19 *Et dum nihil in terris fit sine causa,* *Iob 5, 6*
castigans castigavit me dominus
et morti non tradidit me: *Ps. 117, 18*
ut credo et confido in domino,
- 5 *ne absentia meae presentiae*
fieret quaedam intermissio spei meae.
- 20 *Cui loco, deo sanctaeque cruci*
perpetuaeque virgini Mariae
sanctoque Michaheli archangelo titulato,
monastici ordinis indidi personas,
- 5 *quas ea ratione coadunavi,*
ut, sicut iuxta monasticam normam *monachicam T.*
sunt a seculi actibus alieni,
ita essent ab omni impedimento
secularis servitii liberi. *servire 1, 4; 16, 7*

III 21 *Consilio itaque^{a)} senioris mei imperatoris Heinrichi et magistri mei archiepiscopi Erkenbaldi, quem ipse ego cum confratrum meorum conventu in archiepiscopum consecravi, quicquid terrenarum facultatum in curtis curtilibus terris pascuis aquis silvis pratis aecclesiis, sanctorum pigneribus, libris, auro et argento et quicquid id est quod hereditario iure possedi aut seculari coemptione acquirere potui — exceptis plurimis, quae altari sanctae Mariae in principali ecclesia in coronis, aureis calicibus, can-*